hoc est, sollicitare quotidie sanguinem flammamque quan-
dam, Dei spiritu accensam, ne qua vel Diaboli a-
stutia, vel huius sceleratissimi temporis contagi-
one sepeliatur, hoc (inquam) scias, suavissime
Frater: nihil est quod vel literae, vel scholae nostrae
tibi conferre magis possint. Equidem non eru-
ditionem animi solum sed etiam felicitatem uni-
versam in his quas modo scripsi rebus positam esse
semper mihi persuasi, et vehementer cupiam te
quoque in eadem esse persuasione. Etsi non egeo hu-
ius monitoris, tamen neque mihi temperare [illegible]
nisi quae in totam rem sunt maxime, meditari potes.
Neque quicquam est quod magis decet me scribe-
re quam ea quae soleam tecum loqui, quum in meo
contubernio bonis literis et artibus deditus esses.
Illud igitur rogo ut quae scripsi sincero affectu
ea audire et in bonam partem interpreteris, et me
vicissim ames. Vale Cal. Junii Anno novissimi tem-
poris MDLXIII. Bremae

Johannes Molanus.

207 M. Francisco [illegible]

Pax Christi.

[= Hoen. a. 7: Hunc generosum virum Richardum fratrem tuum, nobis
Nr. 225] imprimis dilectum extinctum esse tibi certe video, et
in exilio viventi acerbum fore nuntium. Haec visum
esse quia ipse commoveor admodum graviter, et
tua, et ipsius familiae causa, et non nihil etiam
mea, sed non indiges consolatione, praesertim in
hoc tempore, quando passim publicae oppres-
siones antehac inauditae domesticos facile
luctus obscurant. Quis funera fando explicet,
aut possit lacrimis aequare dolorem? Equidem
gratulor fratri nostro tam beatum vitae
exitum, qui fuit [illegible] in vivis ad propinquum
literis sui invocatione et fiducia filii Dei, se-
rena quietaque conscientia fideli conditori et

patri Deo animum suum commendavit, neq; satis ini-
quo animo fero, quod ~~[illegible]~~ vi-
dere jam tunc meos intelligam, eandem mihi jam-
pridem viam ineundam esse: cupiendum inde mihi
succenseo, quod praesentis vitae studiis distinear.
Non multo videntur ipsi vestri ad illos aeternos
coeli ascensum: Haec sunt corruptae carnis consilia,
quae quod possunt spiritum retardant, et animum
a cogitatione coelestium rerum abducunt. Adami
nullam in literis tuis mentionem fecisti: sed
ex Commelino rescivi te in Angliam concessurum esse.
Credo et redditos duos libros, ita ut patri jusserat.
reliquos Schnio dedi. Duos istos mense cum meis ad
patrem literis misi, antequam gravis ejus tempesta-
te coepisset. Cui libros commisi peregrinus erat, sed
a bonis Eindam missus, homo antiqua virtute et
fide, is rediens asserebat se reddidisse, et ab eo cui sar-
cinulam dedit, tunc septem stuferos laboris pretium
accepisse. Atqui nuntius ad me narrabat, simul cum
literis sarcinulam periisse. Quod quidem quid sibi
velit, non intelligo. Rationes descriptas tum Adami
tum Schnii, nam reddentium audio jam pridem Com-
melino redditum esse. Summa hujus fuit duceni 50.
ob. et gressi duo ut nomina singulatim cuiusque
mihi ostendunt, sed post descriptas rationes, quam
forte nuper noster Sartorem nostrum convenisset,
cognovit Adamum, postquam a nobis discessit, est
tunicam suam et caligas in mantellum convertisse
mantellum relictum esse apud illum senem peregrin-
num, ad quem a nobis transierit. Pretium operae
Sartori debere 15 grossos: sed relictas praeterea
chirothecas ex eodem panno: jussi ergo ut singulas
nobis redderet, ne laborum operam, ne sui pretio
frustretur. Nam pignoris pretium vincit sartorem.
Hos 15 grossos dissolvi ad summam, chirothecas
autem quam nullas fuere, cui tunc omnis Stan-
tuer: Erudite vir non finem bonis adversis

casibus vitae transeuntis. Atque fretis quod varie
afflictionum [illegible] afficiantur, quae
Dei bonitatem nobis reddit exoptatam et conspicuae
ingentem [illegible] producet. Erigamus potius animos nostros
meditatione rerum, quas Deus nobis gratificatus
est in Christo. Quem quum nos vere ex animo diligi-
mus eiusque confessi, nec facile quaedam delectabili suavique
[illegible] et ardorem. Solinus vester valet
ingenio tamquam est capax et ingeniosum foret.
Vale cum honestissima vidua piae memoriae viri
fratris nostri in Dno Richardi ab Elsingen cum-
tota et ipsius familia. Bremae inter negotia schola-
sticorum 20 Junij 1573.

Amicus tuus et frater
Johannes Molanus

208) M. Jacobo Kimedontio Heidelbergae

Pax Christi.

Venerande vir et frater dilecte, dedi literas ad te
[= Mscr. a. 7. satis longas Landmetero nostro, sed quia non ha-
N. 226] bebat aut ducem aut comitem: rediit domi
[illegible]. Jam autem hic Johannes tabellio
non invitus ad te literas solet perferre. Quamquam
igitur nunc desit quod scribam praeterea: Scri-
bendum est tamen, ne videar officium deseruisse.
Accepit ante paucos dies nisi ex epistola Gual-
teri Tigurini locum unum, quo mentem eius re-
scire volebam, ubi ille inter cetera disciplinam eo-
rum, quod usurpant Ecclesiasticae, tyrannidis
nomine traducebat. Mihi qui primum mox eum
ad me redissem. Quaeso quid est? Genus vel Gual-
teri vel Erasti? quid agerent? ad quem finem
Ecclesiasticam dixi optimam. Quae quondam ex
professo [illegible] hoc ex antiquissimo tempore
nihil aliud quam inane nomen est, tum in fe-
stis animis esse quaererentur. Mihi quidem vide-
ri, fuisse semper in Ecclesiis bene moratis, prae-
ter annunciationem Evangelii, spiritualem re-